



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Nathan propheta. Cap[itulum]. xv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



pontifici commēdatur. Rex quoque dum ad curiam romanam misisset: ut legati aliqui mitterentur: qui causam huiusmodi terminarent: a papa repulsam patitur: et ob hoc magis contra archiepiscopum concitatur. Unde omnia que erant sancti martyris et suorum diripuit: et totam eius progeniem et amicos exilio damnauit: nequaquam differens conditioni vel sexui ordini vel etati. Nam et mulieres in puerperio: et infantes in cunis: clerici et laici iuvenes et decrepiti in exilium acti sunt. Omnes qui poterant iuramento ascripti: ut se cantuariensi episcopo pseruarent: ut passionis gladio professus animum ad regis votum inuiceret. prohibitum quoque est clericis in toto regno: ne quis per ipso orationem in publico proferreret. Que omnia christi martyris contemnens inconstantia veritatis permansit immobilis: ieiuniis quoque et orationibus intentus pro ecclesia et regno continuo exorabat. Post hoc misit rex comminatoria quedam monachis pontificiensi. monasterium per quosdam abbates ordinis cisterciensis. que dum sanctus cognouit: nolens religiosi viris sui occasione dispendium imminere inde sponte recessit: et ad ludouicum regem francorum se commisit: qui eum humanissime tractauit. Deinde misso Hullelmo fenosi. episcopo ad sedem apostolicam procurauit: ut papa regem anglorum compelleret: quatenus archiepiscopum ad ecclesiam suam redire permetteret. Interim rex in despectum archiepiscopi procurauit: ut rursus archiepiscopus eboracensis. in ecclesia cantuariensi. Henricum eius filium coronaret. Dum ergo summus pontifex regi mandasset sub excommunicationis et interdictionis pena canonica: quatenus archiepiscopum redire permitteret coactus rex assensum prebuit: et simulatam pacem cum archiepiscopo tractauit. Sed antequam rediret sibi a domino reuelatur: quod ad ecclesiam suam cum gloria reductus: post modicum per martyris palmam ad dominum esset migraturus. Et sic post. vi. annos exilio sui completos redire conceditur: et a cunctis cum honore suscipitur. Per aliquot dies ante ipsius martyrium iuuenis quidam defunctus: et postea miraculo se suscitatus dixit: quod usque ad supremum sanctorum ordinem deductus sedem vacuam inter apostolos vidit: quam cuiusdam sacerdoti anglorum audiuit a domino reseruatum. Rediens igitur pastor nobilis dum adhuc iura ecclesie: ut prius defenderet: et nec vi: nec precibus flexi posset: maiorem regis indignationem incurrit: et magnatum animos adhuc fortius contra se accendit. Et dum ex querela beati thome summus pontifex archiepiscopi eboracensis. excommunicasset: eo quod in ecclesia sua auctoritate propria imo temeritate nepharia regis coronasset filium: adeo cunctorum procerum animi contra sanctum archiepiscopum accensi sunt: quod eius

mortem quortidie procurabant. Et procedere furore ecclesie sue inepta edicto publico exire prohibitus est. Die igitur festum innocentium subsequente quartuor barones cum militibus armati ad ecclesiam suam veniunt et archiepiscopum requirunt. Et dum monachi ecclesie fores clauderent: iussit eas referari: et hostibus futurus christi hostia mori occurrit: se pro deo mori paratum offerens et ecclesie libertate. Et sic ex parte dei omnipotentis et sub anathemate mandas: ne suorum cuiusque lesionem inferret. Deo et beate marie et sancto Dionysio et ecclesie sue sanctis patronis seipsum commendans et ecclesie causam. His dictis gladiis impiorum imperitur: sacra capitis corona precipitur: ceorum cum sanguine per pavementum ecclesie spargitur: et sic martyris dominum consecratur. Anno domini. M. cxxiiij. Dum ergo clerici corpus in feretro posuissent: et pro eo missam defunctorum inciperent. Angelorum chori astantes voces cantantium interrumpunt: et officium martyris inceperunt. Letabitur iustus. Inchoant et ceteri prosequuntur. Et sic martyrium honore venerandus: martyris reuerentia honorifice tumulantur. Sepultusque est in precioso tumulo auro et gemmis decorato in ecclesia sua signis et miraculis clarens innumeris. Passus est aut. iij. kalen. Ianuarij.

De sancto Jesse patre dauid  
Cap. xliij.



Esse sine

Esse sine  
Iesai pater dauid prophete et regis et filius  
Oberb filij boos et sancte Ruth moabitidis: in catalogo sanctorum patrum veteris testamenti idcirco ab hebreis ponitur: ut iosephus scribit: eo quod talibus et tam sanctis parentibus genitus: et tanti prophete pater fuisset sanctissimus arbitratur. Dicit de tribu Juda ciuitatis bethleem inde gena fuit: qui genuit septem filios: scilicet Heliab: Amis nadab: Symaha: Nathanael: Naddat: et Alson: minorem quoque genuit dauid: qui erat rufus et pulcher aspectu et decora facie: qui solus ex omnibus fratribus suis a spiritu sancto electus est: et a Samuele propheta diuino iussu preuentus atque ex pastoralis officio ad regni gubernacula miraculose promotus: ut habetur primo Regum Capitulo decimo sexto. Jesse autem patris dauid sepulchrum apud bethleem monstrari iosephus qui supra commemorat.

De sancto Nathan propheta.  
Cap. xlv.



**A**rhan propheta in diebus dauid spiritu pphético clauit: et in diebus salomonis vita ex cessit: qui multa prefatis regibus diuinitus reuelauit. Dauid enim a dño missus de adulterio in bersabe commissio redarguit: eius prodicionem et homicidium quod de vita fecerat patefit. Et cum dauid compunctus se peccasse confessus est: dominum quoque peccatum suum remisisse misericorditer nunciauit: eius penitē dum iudicium: et filium ex adulterio conceptum propter peccatum suū moriturū esse p̄dixit: ut haberetur libro regum. ij. cap. xij. Salomoni quoque eo quod deos adorasset alienos uaticinatus est: ut historia scolastica tradit: quod dominus ad uersario suo et seruo decem tribus et regno traderet: eo quod a domino recessisset. Et si pphētia expressa nathan prophete conscripta non reperitur: quod tamen in quoque volumine gesta regis dauid scripserit ultimo capitulo primi libri paratipomeon commemoratur. Hic propheta in catalogo sanctorum ecclesiastici Flvñ. cap. expresse ponitur inter alios patres ueteris testamenti: quos sapiens laudare disponit. Hunc sanctum et precedentem regi dauid prophete premisit: quorum depositionis dies reperire nequiu.

De sancto dauid rege et propheta. Cap. xvi.



**Dauid rex**

**D**avid rex israel et propheta non solum ab ecclesiastico capitulo. Flvñ. et a sancto matharia primo machabeorum. ij. capitulo in catalogo sanctorum connumeratur: sed etiam ab apostolis et euangelistis et alijs doctoribus et diuino volumine scriptoribus multis sanctificatus reputatur qui de numero illorum patrum creditur extitisse: qui cum domino resurgens beata etiam corporaliter immortalitate in celestibus uisum creditur. Hic de tribu iuda esse uel Isai filius ciuitate bethleem oriundus et omnibus fratribus suis minimus a deo electus est: ut de pastore gregis dux et princeps fieret plebi: et repulso saul a domino diuina iussione a samuele. ppheta in regem inunctus est. Et exinde spūs dñi a saul discedēs a dauid directus est. Adeo ut quodcumque saul a maligno spū agitabatur: dauid in cythara psalente miris ferebatur. Post hec dum philistiis israel impugnarēt: et habentes secum gygantem goliath populū dei ad singulare certamen pronocarent: cunctique gygantes impete re formidarent: solus dauid diuino agente p̄sidio in funda et lapide percussit eū: et p̄stratus

pprio gladio interemit: ppter quod saul in uide liuore audies qualiter cū victoria gloriose ciuitatem esset ingressus: emulus eius factus: cū omnibus diebus uite sue persecutus est: ita ut dauid hinc inde fugiēte pluries uix euaserit manus eius: que omnia diffuse tradunt in primo libro regum a capitulo. xvi. usque prope finem. Deinde saul in monte gelboe in pugna philistinorum cum ionatha eius filio interfecit: dauid consulto domino cum achinaam seyrabe lite et abigall olim uxo: e nabal carmeli coniugibus suis ascendit in hebron: ubi a sola tribu iuda inunctus in regem ab eadem in regno constitutus est: isboseth saul filio super decem tribus biennio regnante. Regnauit autem dauid in hebron septem annis et sex mensibus. Interfecto autem isboseth filio saul proditorie in domo sua: et omni parēla saul exterminata uerse tribus israel uentētes ad dauid in hebron uenerunt cum tertio in regem super israel uersum: et extrunc regnare pacifice cepit super omnem populū hebreorum. Eratque annorum quinquaginta quando regnare cepit: et quadraginta annis regnauit. In hebron septem annis: et in hierusalem. xxxij. habuitque dauid filios qui nati sunt et in hebron: uidelicet amon de achinaam seyrabelite: chisaa de abigall uxo: e nabal: abalon filius macha filie ptolomei regis gesur: adonias filius agith: saphia filius abithal: seyr a filius aegla. Hos quoque habuit qui nati sunt et in hierusalem: samua: et sobab: et nathan: et salomon: et hisbaal: et elisua: et nephec: et iaphia: et elisama: et elida: et helisphaleph. habuit quoque ioab principem militie strenuū et uictoriosum: et sadoch summū constituit sacerdotem: hierusalem quoque munuit arce: que postmodū dicta est munitio dauid: que uocabatur mello. Dauid quoque dauid bellum cum philisteis oibus diebus: et percussit eos et humiliauit pluribus uictorijs obrentis. Fecitque cunctas in circuitu nationes tributarias: ita ut in omnibus ad que ingrediebatur p̄sperrime ei succederet: quia dominus erat cū eo: qui et regnū suū in sempiternū firmauit. Arcam etiā domini quod pluribus annis fuerat gabaa: id est in colle cartathartim in domo aminabab cū multitudine populi et sacerdotū et magna psallentiū leticia trāstulit in hierusalem: eaque in tabernaculo domini collocauit. Quod inimicos suos in circuitu per omnia contriuisset: et populum in pace posuisset: uoluit edificare templū domini: lignaque sibi missa per hyaram regem tyri: et alia plurima in edificium parauit: uerū diuino respōso ad se facto: quod non ipse: sed filius eius nasciturus a dño p̄electus: uidelicet salomon templū esset edificaturus ab ope destitit: tamē uasa aurea et argentea et erea non modica fabricata in ministeriū domini et altaris sicut diximus. Post hoc dux dauid per manum ioab p̄ncipis militie haberet bellū contra filios